Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36647
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



36

Linea protensa recte fidei trames est ipse spiritalis operis bases quedam prin
cipia sunt quibus innitaris. Debet siquidem prudens lector cuiare ut ante quam
spaciosa libroru uolumina persequatur sic de singulis quemque magis ad propositum
suum et professionem uere fidei pertinent instructus sit ut quecumque per modum inuenitur
tuo supp edificare possit. Hic enim intanto librorum pelago et multiplicibus sentenciarum anfractibus quemque nullo obscuritate animum legentis sepe perfundunt ali
quid unum colligere poterit quod pus sumatur in uno quoque ut ita dicam gutte aliquid certum
principium firma fide subnixum ad quod cuncta referant non agnouit. Vis ut doceam
te qualiter fieri debeant bases iste. Respice ad ea quae paulo ante iam enumeraui
Est sacramentum trinitatis multi iam de illo libri facti sunt multe date sententie
difficiles ad intelligendum et perplexe ad soluendum. Longum et onerosum est ad huc
omnes persequi cum multa fortassis inuenias in quibus magis tu beris quam edificeris. No
li instare sic nunquam ad finem uenies. Disce prius breuiter et dilucide quid tenen
dum sit de fide trinitatis quod sane profiteri et uacuit credere debeas. Cum autem pea lege cepe
ris libros et multa obscure multa aperte multa ambigue scripta inueneris que
apta inueniis adiunge basi sue si forte queuiant que ambiguas ita interpretare ut
non discordent que uero obscura sunt resera si potes. Quod si adintellectum eorum penetrare
non potes transi ne dum presumere conaris quod non sufficis periculum erroris incurras
Noli ea temptare si poteris uenerare quia audisti quod scriptum est. Posuit tenebras
latibulum suum. Quod si certa aliquid inueneris quarum illi quod tu iam firmissima fide
tenendum esse didicisti non tibi expedit tibi cotidie mutare sententiam non prius docto
res te resoluerit et maxime quod fides uniuersalis quemque nunquam falsa esse potest inde
iubeat sentire agnoueris. Sic de sacramento altaris sic de sacramento baptisma
tis et firmationis et ceteris que tibi enumerata sunt supra facere debes.
Videbis multos scripturas legentes quia fundamentum uertitatis non habent inter
poretes uarios labi et torqueri fere mutare sententias quod legerint lectiones
Rursum alios uides quod secundum illam uertitatis agnitionem qua intus firmati
sunt quaslibet scripturas ad congruas interpretationes flectere nouerunt quod
a fide sana discordet aut quod queuiat iudicare. In lectione legis quod rote a
nimalia sequuntur non animalia rotas. Cum ambularent in quod animalia am
bulabant pariter et rote iuxta ea. Et cum eleuarent animalia dextra eleua
bant simul et rote. Sanctorum quippe mentes quantum uirtutibus et scientia pro
ficiunt tantum scripturarum sanctorum archana profunda esse conspiciunt utque